

## Tres Sancti Magi

Sancti Magi secundum evangelium Sancti Matthaei, cum natus esset Iesus, eum adoratum advenerunt dicentes: "Ubi est qui natus est rex Iudaeorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, et venimus eum adorare." Magi tria munera obtulerunt, aurum, thus et myrrham. Paulatim multae fabulae vel legenda de magis facta sunt et magi postremo ut tres reges describerentur qui tres terras continentes tum notas Europam, Asiam et Africam repraesentarent. Nomina magorum sunt Caspar, Melchior et Balthasar, quae nomina forsitan inventa sunt ut litterae CMB explicarentur quae "Christus Mansionem Benedicat" dicere vol-unt. Unus magorum (saepe, non semper, Caspar) ut niger describitur qui Africam repraesentet.